



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

5. De reditu eiusdem ex Ægypto in terra[m] Israel. Matt.2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

stiterit diuinus infans? Gaudium de gloria Christi, zelus diuini honoris, & animarum pereuntium salutis.

De reditu Christi ex Aegypto. Matt. 2. IV.

I. **E**rat ibi usq; ad obitum Herodis, integrum videlicet septennum. Quam varias, grauesque tam diurni apud ignotos, barbaros, idololatras, exilijs ærumnas sustinere dignatus est Filius Dei, sponte exulans a cœlesti regno tanquam aduena & peregrinus in Ægypto, propter homines, culpa sua extortes paradiso, veros aduenas & peregrinos in terra, cui maledixit Dominus! 1. Ut eos ab æterno, quod meruerant, exilio, liberaret. 2. Ut exilij huius ærumnas æquanimiter ferre, atque in his ad cœlestem patriam suspirare doceret. 3. Ut easdem nobis & exemplo suo tolerabiles, & gratia, quam promeruit, meritorias redderet, ac per illas æquo, forti, hilarique animo toleratas, aditum nobis ad cœlestis paradisi quietem reseraret.

Quam profundè id B. Virgo cum Sancto Iosepho expenderit, ac proinde quanta æquanimitate & lætitia omnes occurrentes molestias deuorârit, quam meritò idem nobis æmularundum, quibus

bus constat , quia per multas tribula-
tiones oportet nos intrare in regnum
Dei ? Gratitudo , amor , patientia in
ærumnis.

II. Defuncto Herode monetur in som-
nis Ioseph per Angelum reuerti in ter-
ram Israel. Quanto hoc cœleste oracu-
lum B. V. & Ioseph cordis tripudio,
quanto fiducie erga diuinam prouiden-
tiā incremento exceperint? quām de-
votè in diuinæ bonitatis laudes cum
filiolo septenni eruperint? quām ar-
denter sese diuinæ voluntati resigna-
rint? quām hilariter sese itineri, qua-
rumuis longo ac diffīcili, accinxerint?
quātū maiore mœrore ante cum regio
Propheta toto cordis affectu cecinerat:
Psal. 136. *Super flumina Babylonis illuc sedimus, &*
fleuimus, cum recordaremur tui Sion: tan-
tò nunc maiore iubilatione concinuit:
Letatus sum in his, quæ dicta sunt mihi in
domum Domini ibimus.

O quām felices illi, qui exilij huius
molestijs patienter toleratis merentur
sub horam mortis cum filiali fiduciae
uocari in cœlestem patriam, vbi æter-
num videbitur, amabitur, & laudabitur
Deus Deorum in Sion! Fiducia, fervor
constans ardua quæque faciendi, & pa-
tiendi pro gloria Dei.

III. Re-

III. Redeuntes in terram Israel diuino monitu ob timorem Archelai regnantis pro Herode , secesserunt in Nazareth Galileæ , vnde Iesus Nazareus, id est, Sanctus Deo sacer, floridus, non absque singulari Dei prouidentia dictus.

Quām molestum illis fuerit hoc tam horridum & longinquum iter , præser-
tim septenni Iesulo ? quanta nihilomi-
nus alacritate, & gaudio illud confece-
rint, nunc, more suo, diuinæ prouiden-
tiæ & bonitatis abyssum contemplan-
do , nunc affectus consuetos humilita-
tis, gratitudinis, amoris, resignationis,
zeli gloriæ Dei identidem innouando,
nunc piè colloquendo, nunc in diuinæ
laudes psalmosque medullitus erum-
pendo. En modum p̄issimum laborio-
sam huius ærumnosæ vitæ nostræ pere-
grinationem ad coelestem patriam piè
instituendi. Hanc admirare & imitare.

De Christi duodennis ascensu in tem-
plum. Luc. 2.

VI.

I. Per Iesus factus annorum duode-
cim ascendit Ierosolymam cum
Beata Matre & Iosepho , secundum
consuetudinem diei festi , 1. Ut nobis
exacte